



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1658**

§. 36. Quia expedit unum hominem mori pro populo. v. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45556**

## §. 36. Quia expedit unum hominem mori pro populo. v. 14.

Vtinam sciret & intelligeret verba, quæ ore vomis, ô Caïpha summe Præsul! certe ad pacem tibi essent & scires eum à quo tibi suggeruntur & cederes ei & agnosceres de quo homine tibi dicuntur, eumque adorares præsentem. Sed quia hæc abscondita sunt ab oculis tuis propter interesse tuum, à te male apprehensum, ideo eum persequeris odio, quem amare super omnia deberes, quia factus est pro te homo, qui est Deus, & quem revera expedit mori pro populo, sed ea intentione ut mortuus resurgens omnes gentes, etiam te, convertat ad se, & illum pro Salvatore habendo omnes ei communicent fide, spe, & charitate, doctrina, Hierarchico regimine & Sacramentis; non autem mori, uti tu cupis, ut eradatur de terra virtutum & non memoretur nomen eius amplius super terram.

**O** Caïpha sic non oportet intendere, hoc enim est querere se & non bonum commune aliorumque, uti decet Pontificem caput universorum. Verissime agnosco in hoc licet intruso & simul impio Pontifice absentium Spiritus sancti quamdiu tolerate in sua seu Mosaica cathedra sedet. Ecce enim verum dicit, sed veritatem intentione homicidali dicit. Docet bene, agit male, fidei articulum bene proponit, etsi ipse eodem ad delictoria cordis sui abutatur, non habet iam legitimam causam desciscendi à sede Apostolica nec Lutherus nec Calvinus, bene doctrina fidei proponitur ab ea sede, etsi aliquando impius fuerit qui eam proposuit, certe nemo adhuc Caïpha deterior in Cathedra Petri sedet & tamen Caïphas sedens verum dixit, donec vestem suam surgens dirupit. Deo gratias.

## §. 37. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus. v. 15.

Cæteris iam discipulis ingenti percussis formidine & dissipatis, quia adhuc erant infirmi, & nondum ab Episcopo confirmati, postea à Petro confirmandi, ideo nunc minime memores promissionum Domino factarum, quod essent parati ire cum Domino & ad carceres & ad mortem, ita namque Thomas dixerat, & c. promiserant qui iam fugerant, nisi eos excusare possit, quod Zacharias propheta vit dicens: Percutiam Pastorem & dispergentur oves, fuit interim aliqua infidelitas, post tot promissa: facti & fugi ignominiosa illis qui tot ab eo monitis erant prædocti, tot consiliis præeruditi, tot beneficiis præventi, tot miraculis illustrati; quorum & aliquando transfiguratione, testes fuerant gloriæ eius, & cæteris constantiores esse debuerant.

O Chri-